Seckau (?), 2. Hälfte 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



36

que precepta dederunt nobis pre
dicti ihsu. Hec est enim voluntas
dei sanctificatio vestra. ut abstine
atis vos a fornicatione. ut
sciat vnusquisque vestrum suum vas
possidere in sanctificatione et honore
non in passione desiderii sicut et gentes qui ignorant de
um. Et ne quis super grediat neque circumueniat in negocio fratrem suum. quia vltor est dominus
de his omnibus sicut prediximus vobis
et testificati sumus. Non enim vocauit nos deus immundicie sed in sanctificationem in xpo ihsu domino
nostro. Gr. Tribulacionis. Tr.
Dixit dominus mulieri chananee.
o si tanta fuisset fide quanta filiae eius
mittere eamus adiuuandam. V.
At illa dixit etiam domine nam et catelli edunt de micis que cadunt de mensa dominorum suorum. V. Ait illi ihs omnium magna est fides tua fiat tibi
sicut petisti. Secundum matheum
Illo tempore egressus ihs secessit in partes tyri et sydonis.
et ecce mulier chananea a finibus illis egressa clamauit dicens
ei. Miserere mei domine fili dauid
filia mea male a demonio
vexatur. Qui non respondit
ei vbum. Et accedentes discipuli eius. rogabant eum dicentes. Dic
ei: dimitte illam. quia
clamat post nos. Ipse autem respondens ait. Non sum missus
nisi ad oues que perierunt de
domus israel. At illa venit et adorauit eum dicens. Domine ad
iuua me. Qui respondens ait
Non est bonum sumere panem filiorum et mittere eis canibus. At
illa dixit. Etiam domine nam et
catelli edunt de micis que cadunt de mensa dominorum suorum.
Tunc respondens ihs. ait illi
O mulier magna est fides tua
fiat tibi sicut vis. Et sanata est
filia eius ex illa hora. Off.
Vbedientiam. Sec.
Sacrificia
presentata quesumus domine mente
placatus: vt per deuocionem nostre
prosint et salutem. Communio.
Intelligere clamorem. Postcom.
Supplices te rogamus omnipotens deus. vt qui
tuis refecisti sacramentis. abi
etiam placatus moribus dignum
tibi deseruire concedas. Fin.
Redime me domine et Sal.
Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam in conspectu tuo iudica me domine quoniam
ego innocens sum a gressibus
meis et in domino sperans non infirmabor. Off.
Perfecisti quesumus omnipotens deus: vt
familia tua que se affligen